



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Scientia Salvatis, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam  
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

**Laberhittel, Samuel**

**Ingolstadii, 1660**

133. Dominica 2. post Pascha. De bonis, quæ Deus promittit in altera vita.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](#)

bis.  
bis.  
is Dei,  
n gau.  
a intel.  
is Del.  
: bono  
i bene  
præter  
habuit  
flum:  
a fuit  
Mater  
um de  
i, pro-  
ram in  
omnia  
gutta  
bonis  
priam  
aturæ  
nitatio  
zanti-  
edino  
Gau

Sabbato post Dom. in albis. 231

4. Gaudium fuit de bonis Christi ex contemplatione corporis ejus naturalis, quod Angeli desiderant.

5. Ex contemplatione corporis ejus gloriosi, quale futurum erat in ælis Lucerna beatorum: & titulorum Christi, quia Dei: qui tot fuerunt, quot sunt attributa Dei, & quæ hominis, qui tot sunt, quot effectus mirabiles per Christum sunt secuti, ut ruina Regni peccati, Gratia decus, ornamenta Virtutum, forma Ecclesiæ, lumen fidei, puritas innocentium, æcta heroica, testimonia Martyrum, &c.

6. De bonis proprijs. Scivit se inter creaturas esse priuam dignitate, quia scivit nullum esse majus beneficium Maternitate Dei.

7. Ex reflexione omnium reliquorum beneficiorum à Deo sibi collatorum in terra, & in cælo. Gaudebo de gaudijs Matris Dei, & ea in me augeri petam.

### MEDITATIO. CXXXIII.

Dominica 2. post Pascha.

De bonis, quæ Deus promittit in altera Vita.

**A**vidiam Dominum vetantem gaudere de cunctis hactenus promissis bonis in terra, propter ingentia & ineffabilia bona, quæ promittit in cælis suis, quibus ait Luc. 10.

Verum-

232 Dominica 2. post Pascha.

Verumtamen in hoc nolite gaudere, &c. Gaudem autem, quia nomina vestra scripta sunt in calice, petam ea bona agnoscere, & consequi.

Conf. 1. Quomodo sub metaphora Ovulis intelligatur Pater aeternus, per portam Christi, vel fides Christi, qui alias Pastor vocatur, per ostiarium Spiritus Sanctus, per ovem intelligentur fideles omnes, quibus ad ovile gratiae & gloriae ingrediendum nulla sapientia, nulla quantum cunque vita bona sufficit, nisi eis aperiat ostiarius Spiritus Sanctus. Dicam, inquit hic August. Pagani, vel Iudei, vel Haretici, bene vivimus: si per ostium non intrant, quid eis prodest? Quia Christus D. illi nobis ostium, ad electionem, ad fidem, ad veniam, ad gratiam, ad bona opera, ad meritum, ad spem salutis, ad perseverantiam, ad resurrectionem carnis, ad omne bonum.

Conf. 2. Verba Christi ovibus suis bona pascua promittentis: *Ego vitam aeternam dabo eis, & non peribunt in aeternum, & non rapient eas quisquam de manu mea.* Ratio est: quia *Ego & Pater unum sumus*, sed Pater, qui dedit mihi, major omnibus est creaturis, & Angelis major ad protegendum, quam illi ad impugnandum: nemo igitur potest rapere de manu Patris mei, vel mea. O quam bona Pascua vitae aeternae, ubi nulla herba arescit, totum virat! Orabo semper protegi hac magu,

ad illa septem promissa veniam, ubi erit à  
mœrore consolatio, à labore requies, à servi-  
tute libertas, à timore securitas, à morte re-  
surrectio, à resurrectione summum plenū &  
indeficiens gaudium, ubi Deus dabit nobis  
seipsum, ita D. Aug. Lib. 2. Confess. cap. 17.

*Conf. 3.* Originem omnis hujus boni, quia  
per me, si quis introierit, salvabitur, & ingre-  
dientur. Greg. in Ezech. hom. 13 Ingredietur  
ad fidem, egredietur ad speciem, & pascua  
inveniet in æterna satietate. Ingressus & e-  
gressus phrasī Hebratā significat omnia ne-  
gotia hominjs, juxta illud Psalm. 120. Domi-  
nus custodiat introitum tuum, & exitum tuum,  
id est quidquid egeris, benedicat, & ad feli-  
cem exitum deducat. Rogabo Dominum.  
ut cùm iusta D. Ambrosium sint bona pascua  
divina Sacra menta, Ser. 14. in Ps. 118. su-  
mendo ea, replear omni benedictione.

#### MEDITATIO CXXXIV.

#### Feria 2. post Dom. 2. post Pascha

##### *De bonis Beatorum in genere.*

**A**Spiciam bona tria, quæ soli mundo no-  
ta, opes, voluptates, honores ē cælis ex-  
clusa, & metaphoricè tantum in cælis con-  
tenta, ad explicandam ineffabilem Beato-  
rum felicitatem. Petam agnoscere hanc veri-  
tatem, & magis bona cæli estimare.

*Conf. 1.*